Fragmentarium

Lv 15/6 28

dus erit usq. ad uesperum, Qui teti
gerit carnem eius lauabit uestimen
ta sua. & ipse lotus aqua immundus
erit usq. ad uesperum, Si saliuam
huiuscemodi homo iecerit super eum
qui mundus est. lauabit uestem sua.
& lotus aqua inmundus erit usque
ad uesperum, Sagma nū sup quo sede
rit inmundum erit. & quidquid sub
eo fuerit qui fluxum seminis patitur.
pollutum erit usque ad uesperū, Qui
portauerit horum aliquid lauabit
uestem suam. & ipse lotus aqua inmundus
erit usq. ad uesperum, Omnis quē
tetigerit qui talis est. non lotis ante
manib. lauabit uestimenta sua.
& lotus aqua inmundus erit usq. ad
uesperum, Uas fictili quod tetige
rit confringetur. uas autem ligneū
lauabitur aqua, Si sanatus fuerit
qui huiuscemodi sustinet passioné.
numerabit septem dies post emun
dationem sui. & lotis uestibus ac to
to corpore in aquis uiuentib. erit
mundus, Die aū octauo. sumet duos
turtures aut duos pullos columbe,
Et ueniet in conspectu dñi ad ostiū
tabernaculi testimonii. dabitq.
eos sacerdoti. qui faciet unum pro
peccato. & alterum in holocaustū,
Rogauitq. pro eo coram dño. ut
emundetur a fluxu seminis sui,

Vestem & pellem quam habuerit la
uabit aqua. & inmunda erit usque
ad uesperum, Mulier cū qua coierit
lauabitur aqua. & inmunda erit
usq. ad uesperum, Mulier quae re
deunte mense patitur fluxū san
guinis. septem dieb. separabitur
Omnis qui tetigerit eam. inmundus
erit usq. ad uesperum. & in quo dormi
erit uel sederit dieb. separationis
suae. polluetur, Qui tetigerit lectu
lum eius lauabit uestimenta sua.
& ipse lotus aqua inmundus erit
usq. ad uesperum, Omne uas super
quod illa sedit. quisquis attigerit
lauabit uestimenta sua. & lotus
aqua pollutus erit usq. ad uesperū,
Si coierit cum ea uir tempore san
guinis menstrualis. inmundus erit
septem diebus. & omne stratū in quo
dormierit polluetur, Mulier quae
patitur multis dieb. fluxum san
guinis. non in tempore menstrua
li. uel quae post menstruū sangui
nem fluere non cessat. Quā diu
huic subiacet passioni. inmunda
erit quasi sit in tempore menstruo,
Omne stratū in quo dormierit & uas
in quo sederit. pollutum erit, Quicūq.
tetigerit eam lauabit uestimenta
sua. & ipse lotus aqua inmundus
erit usq. ad uesperum, Si steterit

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(1, 6v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4bhc/10118/73628)